



LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓIFJÚSÁG SZÁMÁRA

Moderator (szerkesztő — Schriftleitang) ephemeridis
JOSEPHUS WAGNER DR. Budapest, XI., Lágymányosi-
utca 20. szám (telephon: 68—6—34), ad quem epistulae
et manuscripta mittantur.

Administrator (kiadó — Geschäftsstelle) ephemeridis
ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-utca 5.
szám (telephon: 49—2—15) ad quem pecuniae quae-
cunque dirigantur. (Postatak. csekksz. 57.292.)

Prodit Budapestini decies in anno. Pretium subnotationis an. 1934—35. est pro Hungaria 3 pengő; pro exteris
nationibus 4 pengő.

Tria saecula Regiae Scientiarum Universitatis Hungaricae Budapestinensis (1635—1935).

Caput regni nostri, Budapestinum, dies festos singulares agit: praesentibus permultarum universitatum academiarumque delegatis perillustribus tria saecula Almae Matris nostrae peramatae celebrantur. Quare nobis ad tot viros doctissimos dicentibus — sicut quondam Ciceroni — non tam copiam, quam modum¹ in dicendo esse quaerendum quis miretur? Prima universitas urbis nostrae Aquinci ab Sigismundo a. 1389. condita iam multos professores in synodus Constantiae a. 1414—1418. habitam delegavit. Studia Sigismundo mortuo intermissa² Matthias Corvinus rex gloriosus, Budae resuscitavit, ubi «Quot passus, tot monumenta, quot lapides, tot historiae». Sed Budā a Turcis a. 1541. captā ut inter arma, Musae quoque silere cogebantur. Cum autem Turci Budam 145 annos obsessam habuerint, quis scit, quando vita academica redintegrari³ potuisset, nisi unus vir fuisset: Petrus Pázmány, qui nova universitate in oppido Tyrnavia⁴ conditā procurationem docendi Societati Iesu mandavit. Duabus facultatibus, scilicet: theologiae et philosophiae iurisprudentia a. 1667.

adiuncta est, medicina autem duobus post annis.

Universitas quamquam a. 1770. reorganisata novam sedem accepit, tamen cum Societate Iesu a Maria Theresia rege a. 1773. dissolutā parte bonorum confiscatorum donaretur, mox Tyrnaviam reliquit, de qua migratione in novo omnium studiorum ordine «Ratio educationis» dicto legitur: «Universitas... Budae in ipso provinciarum centro magnificientissime collocata, fundo amplissimo instructa et a viris omni doctrinarum genere exultis optime comparata».⁵

Pars domus regiae, quae nostris temporibus appellatur in arce Budensi ad Danuvium spectanti erat sedes universitatis, quae cum a. 1784. iussu Iosephi II. in urbem Pestinum magis magisque crescentem transmigraret, attributo «Budensi» omissio «Regia Scientiarum Universitas Hungarica» appellata est. Paucis post annis cathedra etiam linguae et littera-

¹ mérséklet, mérték = Masshalten ² megszűnik = aufhören ³ újra helyreállít = wiedererneuern ⁴ Nagyszombat = Tîrnau ⁵ párosít = vereinigen

Per.
Lat
020



turae Hungaricae instituitur, aedificia, valitudinaria (vulgo : clinicae) aliaque instituta rite⁶ instruuntur (templi infra apud Paulinos mentio fiet).

Quomodo Napoleone victo expulsoque ratio⁷ omnipotentiae principis universitati autonomiam eripuerit, editio Francisci I. demonstratur : «Nec Decanis facultatum nec Magistratui academico aliquis influxus in res literarias concedendus est». Oppressio, quamquam paulatim levabatur, funditus⁸ tamen non nisi lege XIX. anni 1848. sublata est, quā universitas ministerio instructionis publicae Hungaricae subordinata est.

Maxime autem post Franciscum Josephum I. regem coronatum florescere coepit. Numerus cathedralium a. 1861. erat 51, a. 1901 : 107, auditores autem eisdem annis 1313 et 5661. Aedificia Universitatis, si non dispersa, sed unā in catervā essent, amplam urbis partem facerent (Gallice: quartier latin). Famam multorum professorum non finibus patriae terminari, sed per orbem terrarum pervagari⁹ quis nesciat?

Et nunc cum omnes hospites honoratis simos, qui huc veniendo sollemnitatem nostram ornare dignati sunt, imo ex pectori salvere¹⁰ iubemus,¹⁰ eosdemque rogamus atque oramus, ut domum redeentes dicant, quae viderint audierintque. Referant vivere hic secundo¹¹ Danuvio et Tibisco fluminibus plus mille annos populum haud ita magnum, qui per tot saecula Europam contra irruptiones barbarorum defenderit, qua de causa didicerit quidem pati omnes labores, praeter Deum autem timeat neminem. Non desperavimus, cum plus quam dimidia pars patriae abs Turcis obsessa erat, immo tunc condita est haec quam nunc celebramus universitas. Status rerum hodie similis est illis. Non solum Tyrnavia, locus natalis universitatis huius, sed etiam plus quam duae¹² tertiae¹² territorii Hungariae, populi autem tres quintae pace infelici Triangulari nobis erectae sunt. Nihilominus non desperamus, sed haud diffisi iustitiae divinae eo magis litteris et artibus excolendis operam damus. Quod bonum, faustum, felix fortunatumque sit ! Memoria virorum de Universitate nostrā condendā, sustinendā et augendā optime meritorum nunquam extinguetur. Tu autem, Alma Mater, vivas, crescas, floreas !

Ios. Wagner.

⁶ kellőképpen = auf gehörige Weise ⁷ elv = Grundsatz
⁸ teljesen = von Grund aus ⁹ elterjed = sich verbreiten ¹⁰ üdvözöl = willkommen heissen ¹¹ mindenben = entlang ¹² kétharmad = zwei Drittel

Petrus Pázmány.

I.

In amplissimo numero virorum XVII. saeculi clarissimorum est mentio facienda Petri Pázmány, cardinalis primatis Hungariae, qui cum eloquentiā, tum scientiā de rebus sacris et publicis optime merebatur.

Petrus Pázmány natus est Magno-Varadini ordine summis honoribus ornato a. 1570., quo Hungaria in ruinis fere iacebat, nam regno post cladem ad Mohács acceptam (1526) in tres partes diviso, religione Catholicā novis confessionibus supervenientibus afflictā,¹ factum est, ut cives non amplius in concordia vivere posse viderentur. Quamquam novā in

¹ megyengít = schwächen

confessione natus, Petrus Pázmány mox avitam maiorum fidem prosecutus est et confirmata aestate studiosus collegii Societatis Jesu se eidem societati adjunxit. Deinde Cracoviam, Vindobonam² et Romam missus est, ubi et magistri, inter quos eminebat Robertus *Bellarminus* princeps scientiarum tunc³ temporis³ sacrarum, in magni ingenii iuvenem quidquid poterant iudicii doctrinaeque contulerunt,⁴ et ipse, ratione dignitatis suae futurae habitā, in studia omni animo et curā incubuit.

Studiis perfectis in Hungariam reversus, nusquam defuit, si quid erat, ubi se Ecclesiae Patriaeque interesse necesse esset. Orationes et sacras et publicas⁵ habendo, et disputationes de rebus sacris acri ingenio stiloque eleganti conscribendo, quibus animos plurimorum ad suam sententiam traduxit, effecit, ut magna pars Hungariae iterum fidem Catholicam proferteret. Quae cum ita essent, factum est, ut Petrus Pázmány summo honore auctus, princeps dignitatis Ecclesiae in Hungaria nominaretur et purpurea veste ornaretur. Quo in munere memor semper officii, rem Catholicam aequa ac omne regnum in se repositam⁷ esse intellexit et non solum id agebat, ut pro summa auctoritate, qua valebat, regem cum regno conciliaret, sicut incolumenti Hungariae consulteret, sed studium et voluntatem suam, quibus semper ardebat, ad cultum humanitatemque promovendam quoque detulit.⁸ Decies centena milia florenorum erogavit,⁹ quibus varias scholas, imprimis universitatem litterarum Tyrnaviae condidit a. 1635., cuius anniversarius trecentesimus magna cum laetitia virorum eruditorum orbis terrarum nunc temporis celebratur. Meritorum eius in Ecclesiam Patriamque nec non in litteras tanta est magnitudo, ut vere dignus sit, cuius memoria etiam post mortem (1637) maxima cum pietate servetur. Nos quoque iuvenes optime decet pro maximis huius rei litterariae fautoris¹⁰ singularis meritis non solum parvo munere laudationis defungi,¹¹ sed potius assiduā eius institutorum observantiā gratos¹² ac memores¹² nos beneficiorum eius praestare.¹²

Fridericus Brisits.

II.

Duo monachi¹³ ex ordine Sancti Francisci adierunt Petrum Pázmány aliquid stipis¹⁴ rogantes. Introducti in vestibulum diu mane-

bant¹⁵ virum aetatis suae illustrissimum, eum optimis patriae res gravissimas tractantem. Tandem multo iam vespera introiit etiam ipse in vestibulum et aspiciens duas candelas¹⁶ esse accensas, alteram statim extinxit. Quo viso duo monachi valedicentes existim¹⁷ petebant.

«Quo vaditis? — interrogat eos cardinalis. — «Quid exspectemus? — respondit alter. — Nihil stipis accipi potest ab eo, qui duas candelas simul ardere non patitur.» — «Multum falleris, mi fili, — respondit ille inoffensus.¹⁸ — Si ego parsimoniam¹⁹ non exercerem, ne hoc quidem donum vobis dare possem.» Et cum dono copioso eos gratias agentes dimisit.

Jos. Guelmino.

* Bécs = Wien * akkoriban = damals * elhalmoz = angedeihen lassen * politikai = politisch * vitairat = Streitschrift * vállaira nehezedik = beruhen auf * fordította = übertragen * kiutal = verausgaben * pártfogó = Gönner * megelégedni = sich begnügen * hálásnaknak mutatni = dankbar erweisen * szerzetes = Mönch * alamizsna = Almose * várni = warten * gyertya = Kerze * kijárat = Ausgang * sértődött-ség nélkül = unaufgehalten * takarékkosság = Sparsamkeit



Valentinus Hóman, educationis publicae praefectus.

Inter viros doctos, rempublicam¹ literariam¹ repraesentantes, principalem locum obtinet V. Hóman, minister cultus et publicae instructionis.

Studiis finitis primum custodis munere functus est in bibliotheca Universitatis Budapestinensis, ubi se penitus doctrinae² rerum² gestarum² tradidit. Numerum dissertationum, quae ad artem diplomaticam, heraldicam et numismaticam pertinent, vix facile enarraveris. Item longus est ordo voluminum, quibus res gestas Hungarorum recentioribus fontibus

¹ tudományos élet = wissenschaftliches Leben * történettudomány = Geschichtswissenschaft

patefactis, aliis denuo³ accuratissime perverstigatis⁴ novam methodum artis historiae scribendae iniit, quā spiritualia⁵ rerum⁵ momenta evolvere conatur. Imprimis autem ad quaestiones, quibus initia historiae Hungarorum tractantur, nondum perspicuas animum advertit historiamque regni Hungariae aevi⁶ mediī⁶ novā aestimatione⁷ illustravit.

Pro his meritis rector superior Musei Nationalis Hungarici, deinde professor historiae in universitate Budapestiensi tradendae factus est. Eodem tempore praeses Societatis Historiographorum Hungarorum, mox plurium universitatum doctor honoris causa electus est.

Cum vero tribus annis ante educationi publicae praefectus est, proposuit sibi totam rem⁸ litterariam,⁸ iniquitate⁹ temporum multifarie¹⁰ conturbatam de integro restaurare. Ad hunc finem complures leges ad conventum¹¹ regni¹¹ detulit, quibus perlatis etiam in scholis mediis novam rationem¹² educationis inaugurarit. Hac lege, quae merito lex Hóman dici potest, pro tribus adhuc generibus unum modo genus scholarum mediarum statuitur, cui nomen «gymnasium» inditum¹³ est. Quanta haec unificatio¹⁴ commoda et tironibus et parentibus praestet, certe cuique paedagogo patet, praesertim si reputamus in hac schola cum disciplinis patriis¹⁵ etiam studia humaniora diligentissime colenda esse, quibus omissis nemo fere abhinc universitatem frequentare poterit.

In altera lege, cuius mentionem facere debemus de administranda re litteraria agitur. Hac lege scilicet octo provinciae¹⁶ studiorum¹⁶ constituuntur, quarum unicuique suus rector

superior provincialis praeest et omnia genera scholarum (exceptis academiis et universitatibus) dirigit, ut tota administratio simplicior et inspectio efficacior¹⁷ reddatur. Aliae leges in universitates et academias, musea et bibliothecas ceterasque institutiones scholasticas curam adhibent.

Idem aedes universitatis publico sumptu renovandas curavit et modum praebuit ad annum iubilarem rite ac sollemniter celebrandum.

Est vero excellens ac doctissimus vir etiam amantissimus totius iuventutis studiosae patronus, cui maxime cordi est, ut iuvenibus cursu studiorum peracto quam plurimae sui collandii¹⁸ occasiones¹⁸ parentur. Itaque omnes optimis votis prosequuntur laborem eius patriae deditum eumque hodierno die animo devotissimo salutant.

Al. Friml.



- ³ újból = neuerdings
- ⁴ felkutat = ausforschen
- ⁵ szellemtörténeti = geisteswissenschaftlich ⁶ középkori = mittelalterlich ⁷ értékelés = Bewertung ⁸ közoktatás = Unterrichtswesen
- ⁹ mostohaşág = Missgeschick
- ¹⁰ sokfélekép = vielfach
- ¹¹ országgyűlés = Reichsrat
- ¹² rend = Ordnung ¹³ ad = geben ¹⁴ egységesítés = Einheitlichkeit
- ¹⁵ nemzeti = national ¹⁶ tankerület = Schulkreis ¹⁷ hatékony = wirksam ¹⁸ elhelyezkedési lehetőség = Anstellungsmöglichkeit

Ad Certamen lectores invitantur.

Certamen cum praemio lectoribus proponitur. Praemium illi adiudicabitur lectori, qui in Arena Iuventutis publicandi causa optime descripserit monumenta antiquitatis sua regionis, quibus illustrationes (photographiae, etc.) quoque adiungi possunt. Qui certaminis particeps esse vult, mittat descriptionem sine nomine, ne nomina nota nobis incommodent. Quam ob rem rogamus certaturos, ut opuscula dictis quibusdam brevibus designare velint. Mittendis pensis terminum Calendas Ian. constituimus.

Julius Kornis, rector magnificus.

Imago, quam huic articulo¹ proposuimus, reprezentat² Julium Kornis, professorem philosophiae nec non paedagogiae in universitate regia scientiarum Petri Pazmani Budapestinensi Hungarica et rectorem³ magnificum in annum iubilarem 1935—36. electum.

Vir doctissimus studiis academicis peractis et venia⁴ docendi⁵ impetrata in gymnasio ordinis⁶ scholarum⁷ pia-
rum⁸ Budapestinensi magisterium inibat et non solum officia praecceptoris diligentissime praestiterat, sed penitus litteris⁹ colendis¹⁰ incubuit tantaque specimina¹¹ eruditionis¹² et ingenii acris dedit, ut vix triginta annos natu-
tus cathedram philosophiae in universitate Posoniensi, tunc conditā, adeptus sit. Post tristissimum collapsum¹³ regni Hungariae ad cathedralm philosophiae in universitate Petri Pazmani obtainendam invitatus est.

Ab eo tempore longam seriem librorum ad varias quaestiones philosophiae et paedagogiae spectantium¹⁴ composuit, quibus non modo orbem¹⁵ harum scientiarum genuinis¹⁶ et saepe laudatis operibus¹⁷ locupletaverat,¹⁸ sed etiam famam et notitiam¹⁹ culturae Hungarorum apud exteris²⁰ nationes propagaverat. Idem ille praeerat senatui²¹ publicae instructionis,²² deinde gerendarii²³ factus de tota publica educatione restauranda optime meruit. Nulla enim institutio²⁴ litteraria,²⁵ nullum genus scholarum inveniri potest, quas accuratissime non noverit, quarum vitam et laborem suis consiliis non moderaverit²⁶ et adiuverit. Itaque facile intelligitur, cur plurimae sodalitates²⁷ litterariae²⁸ talem hunc virum sibi ducem et praesidem assumere conatae sint.

Ad praecipuam indolem²⁹ animi³⁰ accedit



mira quaedam laboris²¹ patientia,²¹ qua effici-
tur, ut vitae²² forensi²² quoque vacare²³ possit,
immo novissime in domo ablegatorum²⁴ vice-
praesidis²⁵ munere fungatur.

Si quis haec omnia consideraverit, non mirabitur, quod ad negotia²⁶ rectoris magnifici huius anniversarii²⁷ trecentesimi obeunda Julius Kornis aptissimus ac dignissimus iūdicatus est. Hac occasione lectores Iuventutis quoque salutant amplissimum ac doctissimum virum,
eximum fautorem²⁸ litterarum humaniorum, et ei ex imo pec-
tore omnia bona fau-
staque a Deo Omnipotenti expetunt.

Aladarus Friml.

¹ cikk = Artikel ² ábrázol = stellt dar ³ tanári képesítés = Lehrbefähigung
⁴ piarista-rend = Piaristen Orden ⁵ irodalmi működés = schriftstellerische Thätigkeit
⁶ bizonyíték = Beweis ⁷ tudás = Gelehrsamkeit ⁸ összeomlás = Zusammenbruch
⁹ vonatkozó = beziehend ¹⁰ kör = Gebiet ¹¹ eredeti művek = Originalwerke
¹² gazdagít = bereichert ¹³ ismeret = Erkenntnis
¹⁴ külföldi = ausländisch ¹⁵ közoktatási tanács = Landesschulrat ¹⁶ államtitkár = Staatssekretär ¹⁷ tanúgyi intézmény = Schuleinrich-
 tung ¹⁸ irányít = lenken

¹⁹ tudományos társaság = wissenschaftliche Gesellschaften

²⁰ szellemi tulajdonságok = Geistige Begabung ²¹ munka-

bírás = Leistungsfähigkeit ²² politikai élet = politisches Leben

²³ ráér = musse haben ²⁴ képviselő = Abgeordneter

²⁵ alelnök = Vicepräsident ²⁶ feladat = Oblie-

genheit ²⁷ évforduló = Jahreswende ²⁸ pártfogó = Gönner

Commercium litterarum

compluribus sociis rogantibus inter lectores insti-
tuere decrevimus. Quamobrem, si quis rogandi vel
nuntiandi quidquam habeat, quod ad utilitatem
communem spectare videatur, adeat moderatorem,
cuius erit editione digna cum lectoribus communi-
care. Inveniri enim poterit, cuius interfuturum sit
scire, quales sint rationes illius et illius urbis,
scholae, etc., qui tesseras commutare vel aliquid
cognoscere velit, ad quod assequendum aliorum
consilii egeat, aliaque huius generis. Praesertim
nostrum fore pollicemur litterarum commercium
linguā Latinā inter discipulos nostros exterisque
conciliare.



LECTORIBUS MINIMIS.

Salse dicta clarorum Universitatis
Budapestinensis professorum.

Quidam medicamentarius¹ candidatus ante tentamen² scientiae,³ adiit professorem Orlandum Eötvös (1848—1919), ne de electricitate ab eo interrogaretur. Sed repulsam³ tulit et in tentamine:

«Quid est, domine, interrogavit professor, quod tintinnat⁴ in via?» — «Plastrum stercoris⁵ respondit ille. — «Non renuo,⁶ etiam stercorarius tintinnat in via, sed quid tintinnat inter celeriter eundum?» — «Salvatores.⁷ — «Concedo etiam hoc, sed tu equidem, quomodo veheris⁸ ad universitatem?» — «Nullo vehiculo, domine spectabilis, semper pedibus eo.» — «Et ubi habitas?» — «In oppido Ujpest.» — «Ex longinquō igitur frequentas⁹ universitatem. Et forte sero experrectus¹⁰ quomodo tendis in universitatem?» fatigat¹¹ miserum, qui ita cogeretur currum electricum dicere.

Sed ille sudorem¹² tergens de fronte: — «Curro, domine spectabilis, ne sero veniam. Quis non fugeret malum?»

Et tunc professor celeberrimus miseritus est candidati aliisque de partibus physicae interrogavit, ne improbaretur.¹³

*

Adalbertus Földes professor oeconomiae¹⁴ nationalis¹⁴ interrogavit quendam candidatorum, quid esset novale¹⁵ viride. Ille non potuit respondere. Interrogatio secunda erat: «Quid est novale atrum?» Quam interrogationem cum iterum silentium subsequeretur: «Satis erit, — dixit professor. — Improbaris.»¹³ — «Sit venia¹⁶ verbo, — placabat¹⁷ academicus professorem, — si licet, interrogationem liberatricem¹⁸ rogare ausim.»¹⁹ — «Bene. Quid ergo interest²⁰ inter duo novalia?»

Eugenius Jendrassik (1824—1891) de luce tractaturus auditorium²¹ obscurari iussit. Non nulli auditorum in tenebris ad ianuam approxinantes (ut inobservati²² abirent) strepitum leve fecerunt. Quo audito ille et scientiarum et ioci magister²³ momento temporis omnes lampades ardere fecit et: «Nec si abire vultis, domini — inquit serenissime — luce egere²⁴ potestis. Et qui sine luce sic titubatis,²⁵ quomodo in tentamine de luce interrogati titubabitis?»

Jos. Guelmino.

¹ gyógyszerész = Apotheker ² vizsgálat = Prüfung
³ visszautasítás = Zurückweisung ⁴ csenget = klingelt
⁵ szemeskoci = Mistwagen ⁶ tagad = widersprechen
⁷ a mentők = Retter ⁸ jársz = fährst ⁹ láthatni = besuchen ¹⁰ felébredve = erwachen ¹¹ faggat = unablässig antreiben ¹² izzadság = Schweiss ¹³ megbukni = durchfallen ¹⁴ nemzetgazdaságtan = Staatswirtschaftslehre ¹⁵ ugar = Brachfeld ¹⁶ bocsánat = Erlaubnis
¹⁷ próbálta kérlelni = suchte zu besänftigen ¹⁸ mentő = Rettungs ¹⁹ bátorkodom = ich bin so frei ²⁰ a különböszég = ist der Unterschied ²¹ tanterem = Lehrsaal
²² észrevételelű = unbemerkt ²³ mester = Meister ²⁴ nélkülez = entbehren ²⁵ csetlik-botlik = taumeln.

*

Unus ex studiosis medicinae professoris **Friedrichi Korányi** (1828—1913) in examine iam primo responso se minime scire prodidit. Tum professor rogavit, notane¹ ei functio² splēnis² in corpore humano esset. Studiosus tacet, sudat, ultro³ citroque³ spectat, sed responsum nullum dat. «Agedum»⁴ — quaerit professor — «nescis?» «Rogo humillime» — iuvenis voce tremulā fatur — «nunc paulum turbatus sum. Hodie mane, cum huc veniebam, perfecte neveram, sed oblitus sum». Prof. Korányi placide respondet: «Vides, quam⁵ adversam⁵ fortunam⁵ medicina habeat! Tu solus in orbe terrarum functionis splēnis plāne⁶ peritus⁶ fuisti et Tu quoque oblitus es!»

*

Alio tempore in rigoroso hoc rogavit can-didatum: «Sit,⁷ ut homo multo⁸ sanguine⁸ gravis⁸ ad Te veniat. Quid facias?» Is se nullo modo respondere posse sensit, audacter igitur dixit: «Praescribam ei, ut hebdomades⁹ duas in

¹ ismeretes-e = ob... bekannt ² a lép hivatása = die Funktion der Milz ³ ide-oda = hin und her ⁴ nosza hár = nun also! ⁵ mily szerencsétlen = welch ein Unglück! ⁶ teljesen jártas = ganz vertraut mit etwas ⁷ tegyük fel = gesetzt den Fall ⁸ vérbögségen szenvendő = an Vollblütigkeit leidend ⁹ hétkig = Wochen



cubiculo¹⁰ meo dormiat. Post hebdomades duas certe minus sanguinis habebit».

*

Josephum Kovács (1832—97), professorem chirurgiae¹¹ clārum, adhuc iuvenem medicum aliquis rogavit, quantas opes¹² haberet. Respondit Kovács: «Nihilo¹³ quattuor milibus¹⁴ florenorum¹⁵ minores». «Quomodo?» «Si aes¹⁶ alienum¹⁷ quattuor milium florenorum non haberem, prorsus¹⁸ nihil haberem; sed ita etiam nihilo quattuor milibus florenorum minus habeo.» *

Julius Schwarz (1839—1900) iam in gymnasio vir aliquando doctus et ēgregius fore videbatur. Quamquam magistri in schola tunc sermone¹⁹ Latino iam non, sicut aliquot annis ante, utebantur et discipuli non ut colloquarentur, sed tantum, ut intelligerent linguam Latinam discebant, tamen iuvenis 16 annorum optime, quin etiam ornate Latine loquebatur, quod autem paucis notum erat.

Olim in classe VII. ex historia respondere iussus est. Germanice respondere debebat, nam eo ipso²⁰ tempore edictum severum Vindobonā advenit, quod sermonem Hungaricum in scholis quam rarissimum fieri iussit. Sed Julius noster: «Permissu Tuō,²⁰ reverendissime professor» — inquit — «Latine respondere malim.» Professor rogatione necopinata²¹ gaudens, sed paulum dubitans discipulum aspexit: «Audiamus igitur!» Ac stupore maximo affectus est, cum iuvenis elegantissime Latine quadrantem horae²² de bello 30 annorum dissenseret.

Post discipulum excellentem unum ex pīgerrimis seniorum discipulorum evocāvit. At nebulo: «Rogo, domine reverendissime» — inquit — «ego quoque Latine respondere velim». Stupor vehemens professorem invasit: «Et Tu? Agedum!» At ille senior paululum tussiens²³ edidit: «Non sum paratus».

*

Guilelmus Mariska (1844—1912), professor doctrinae²⁴ rei²⁴ nummariae²⁴ excellentissimus, sevērissimus et ignarus protectionis censor facultatis²⁵ iurisprudentiae²⁵ fuit. Unus tamen candidatorum utile existimabat se ab avun-

culo, qui minister erat, commendari.²⁶ Professor doctus approbanter²⁷ commendationem accepit et candidatum, cum is in sella designata consideret, ita allocutus est: «Domine candidate, nonne ab avunculo tuo ministro mihi commendatus es?» — «Ita est, domine illustrissime.» — «Ministri, haud ignoro, indignum commendare non solent, immo vero attentionem²⁸ censorum excitare volunt, quantā scientiā candidatus sit. Itaque spero Te etiam ad quaestiones difficillimas respondere posse.»

Et nihil aliud quam talia a candidato quaerebat, quae ne peritissimus quidem rei nummariae respondere posset. Ita candidatus noster non est probatus. Ex quo²⁹ candidati se professori Mariska commendari noluerunt.

Dion. Kővendi.

¹⁰ hálószoba = Schlafzimmer ¹¹ sebészet = Chirurgie
¹² vagyon = Vermögen ¹³ abl. comparationis ¹⁴ abl. mensurae ¹⁵ forint = Gulden ¹⁶ adósság = Schulden
¹⁷ épenseggel = ganz und gar ¹⁸ beszélgetés = Gespräch
¹⁹ épen = eben ²⁰ engedélyével = Erlaubnis ²¹ váratlan = unerhofft ²² negyedórág = eine Viertelstunde lang ²³ köhögcselve = hustelnd ²⁴ pénzügy-tan = Finanzwissenschaft ²⁵ jogikar = Rechtswissenschaftliche Fakultät ²⁶ ajánlani = empfehlen ²⁷ helyeslően = zustimmend ²⁸ figyelem = Aufmerksamkeit ²⁹ azóta = seither




Certamina gymnica gentium academica.

Conscriptis Franciscus Mező dr. Latine vertit Carolus Acs.

Mense Augusto certamen VI. Iuventutis Academicae, cui toto terrarum orbe animi summa cum exspectatione¹ intendebantur,¹ Budapestini, mandatu² Societatis Iuventutis Academicae Internationalis (C. I. E.) nos Hungari instituimus. Maximā cum catervā 200 certatorum Germani in certamina processerunt, ut exemplo suo alios incitarent,³ quo plures in campum ludorum Olympiade Berolinensi

¹ feszült várákossával néztek előre = mit grosser Spannung wurde entgegengesehen ² megbízásából = im Auftrage ³ ösztönözzenek = anzuregen

proximi anni descenderent. Dolendum est, quod Italia afuit, quandoquidem Italica pubes⁴ pro ludorum pacato⁵ campo in Africa acie dimicatura est. Etiam comites Baillet Latour Olym-



piae Commissionis Internationalis praeses atque von Tschammer dux Regni Germaniae gymnicorum certamina summa cum delectatione spectabant, qui ad Gubernatorem separatis admissi atque summis honoribus affecti sunt. Certatores eventus superiores iterum atque iterum supergressi⁶ sunt. Germana Mauermeyer in disco iaciendo eventu metrorum 44.93, Polonaque Walasievitz 400 m. 57.6 secundarum tempore currando, bis primatum⁷ mundanum⁷ in melius mutaverunt. Polona celeripes⁸, quae 100 m. currando (12 sec.) et eminus⁹ saliendo⁹ vincens triplicem popularibus suis adulit primatum, certe feminarum totius orbis athletarum optima iudicatur, cum adhuc octies primatum mundanum in melius mutaverit. Japonensis Nishida longurio¹⁰ nixus¹⁰ in exsiliendo¹⁰ 4.30 m. adeptus est. Talem tantumque saltum in patria nostra nunquam vidimus. Praeter hos Lovelock Newseelandensis (cursus per 1500 m.), Stöck Germanus (pentathlum) et Henkel (pilae lusus Britannico more)¹¹ atque caterva natatorum Iaponensis multitudinem spectatorum in admirationem rapuerunt.

Nostrarium certatorum victores duplices Ios. Sir (cursu 100 et 200 metr.), Arpadus Lengyel (natatio 400—1500 m.) excelluerunt praeterque hos Kovács eximius (cursus m. 400 per impedimenta¹²) et Rasztovich, vir arte¹³ gladii¹³ egregius, nostris rebus gymnicis bo-

nam existimationem¹⁴ pepererunt,¹⁴ sed ceteri quoque omni laude digni sunt, quia effecerunt, ut inter omnes nationes primum locum obtine-remus.

Conspectus eventuum.

Ordo	Civitas	Primatus singularis	Catervarum	Numerus punctorum summatis
I.	Hungaria ...	8	6	483
II.	Germania ...	15	3	465
III.	Anglia	6	1	148
IV.	Gallia	3	3	101
V.	Cescoslovacia	—	1	99
VI.	Polonia	3	1	88
VII.	Iaponia	3	—	86
VIII.	Austria	1	—	69
IX.	Lettonia ...	—	1	47
X.	Belgica	—	—	24

In athletica Germani et Iaponenses, in lusu pilarum Britannico more Germani, in lusu folium pede et¹⁵ manu¹⁵ pulsandorum¹⁵ Galli, in lusu¹⁶ pilarum¹⁶ in corbem¹⁶ iactandarum¹⁶ Lettones primores evaserunt, nostrates vero natatione, remigio ac arte gladii et lusu folium pede pulsandorum primum duxerunt agmen.

Sollemnia¹⁷ inaugurarantia¹⁷ in stadio BEAC praesente Gubernatore perpetrata¹⁸ sunt ibidemque certaminibus finitis Cornelius Kelemen, praeses Consilii¹⁹ Publici Corporibus¹⁹ Roborandis¹⁹ hospitibus qui ex omnibus orbis terrarum confluxerant partibus, oculos²⁰ lacrimis²⁰ suffusus valedixit :

«Haec certamina 29 civitatum iuvenes in capite regni nostri congregaverant liberali honestoque studio inter se de victoria contendentes. Eiusmodi iuvenes hue convenerant, qui initia²¹ rerum²¹ futurarum²¹ capessentes²¹ magna conatuos perfecturosque nobis spem faciunt.

⁴ ifjúság = Jugend ⁵ békés = friedlich ⁶ túlszárnyalták = haben überholt ⁷ világrekord = Weltrekord ⁸ gyors lábú = schnellfüssig ⁹ távugrás = Weitsprung ¹⁰ rúdugrás = Stabhochsprung ¹¹ tenniszezés = Tennisspiel ¹² kardvívás = Säbelfechten ¹³ gátfutás = Hürdenlauf ¹⁴ becsületet szereztek = verhalf ihr zu Ehren ¹⁵ rugby kosárlabda = Korfballspiel ¹⁶ megnyitó ünnepségek = Eröffnungsfeierlichkeiten ¹⁷ mentek végbe = vollzogen sich ¹⁸ Testnevelési Tanács = Landessenat für Körpererziehung ¹⁹ könnytől csillagó szemmel = mit tränenschimmernden Augen ²⁰ a világ jövendőjének küszöbén = an der Schwelle der kommenden Dinge stehend

Si his octo diebus in animos eorum, qui certaminibus interfuerunt, aliquid²² perfectae illius amicitiae, humanitatis et iustitiae influxerit, certaminibus his magnum²⁵ quiddam et praeclarum²³ effecisse²³ videmur!»

²² egy szikra is = nur ein Funke ²³ nagy eredményt értünk el = war von grossem Erfolg

De ordine Eremitarum¹ S. Pauli

Aem. Láng.

Ordo S. Pauli primi eremitae unicus est in coetu magno monachorum,² qui in Hungaria fundatus³ est. De origine eius auctores nostri dissentunt: sunt, qui eos a Bartholomeo episcopo Quinque-Ecclesiensi⁴ anno MCCXXVI. primas regulas accepisse censeant. Alii aliter dicunt. Paulini,⁵ quia sanctitate vitae florebant assiduāque operā excellebant et animas populi piissime curabant, atque etiam propter originem Hungaricam brevi multiplicati in sinu⁶ erant⁶ non tantum popui, sed etiam magnatum et regum nostrorum. Ordinem iam extra Hungariam quoque florentem Clemens V. pontifex maximus anno 1308. Id. Dec. approbatum inter ceteros ordines Sanctae Ecclesiae nostrae ascivit.⁷

Summi patroni ordinis fuerunt ipsi reges. Iam Bela IV. castellum⁸ venaticum⁸ eis dono dedit, quod in claustrum⁹ transformandum curavit. Ladislaus Comanus¹⁰ autem celeberrimum illud monasterium Sancti Ladislai in monte Pylisio fundabat. Ludovicus Magnus autem complura coenobia pulchro et miro opere constituit, largiter dotavit ac pretiosis utensilibus ad cultum divinum, vasis, calicibus, libris et ornamentis diversis decoravit ad laudem Dei et gloriam S. Pauli. Item corpus eiusdem S. Pauli Venetiis in Hungariam transferri iussit et in claustro eremitarum prope Budam in vertice montis sollemniter deponendum¹¹ curavit. Similiter et alii reges, ut Sigismundus et Mathias Paulinos praecipuo amore ita amplectebantur, ut saeculo XV. in Hungaria iam plura quam CXX claustra habuerint. Fama ordinis brevi ultra fines Hungariae percrebruit; in primis apud nobilem nationem Polonorum,

ubi usque ad nostram memoriam permansit, viget et floret. Ordo totā Europā CCVII claustra habebat, quae omnia sub potestate Generalis¹² Hungarici erant.

Post cladem magnam anno 1526. ad Mohács ab Solymanno acceptam etiam ordo Paulinorum paene interiit. Sed a Petro Pazmanio ordo brevi regeneratus¹³ est. Paulini per regnum faces religionis circumferebant et multos magnates et nobiles, etiam totos pagos¹⁴ ad catholicam fidem reduxerunt et animas titubantes¹⁵ confirmabant.

In quā operā assiduā plures palmam quoque martyrii meruerunt, alii autem vitam



¹ remete = Einsiedler ² szerzetes = Mönch ³ alapít = gründen ⁴ pécsi = von Fünfkirchen ⁵ pálosok = Paulaner ⁶ megszerették = beliebt sein ⁷ felvesz = aufnehmen ⁸ vadászkastély = Jagdschloss ⁹ zárda, kolostor = Kloster ¹⁰ Kún = der Kumane ¹¹ sírba tesz = begraben ¹² rendfőnök = Ordensgeneral ¹³ újjáéremt = neugestalten ¹⁴ falu = Dorf ¹⁵ ingadozó = wankelmüttig

in militibus sauciis vel pestilentiā infectis curandis absumpserunt.

Budā anno 1686. a Turcī liberatā Paulinis pro claustris Budensibus deletis alterā Danubii parte locus considendo assignatus est. *Ibi pulcherrimam aedificabant templum* (1717—1722.), quod hodie Universitatis Budapestinensis est. Templo contiguum erat claustrum, ubi Provincialis¹⁶ ordinis habitabat et quod hodie seminarium¹⁷ centrale tenet. Paulini praeter munus¹⁸ pastorale¹⁸ etiam libros transcribebant¹⁹ inque literatura nationali operibus suis magnam sibi gloriam consecuti sunt. In omnibus claustris, sed imprimis in Pestinensi bibliothecam ditissime instructam instituebant, quae postea auctore Josepho II. Universitati tradita est.

Paulini ineunte saeculo XVIII. iterum multiplicabantur et ad ampliorem provinciam²⁰ vocati sunt: iuvenibus erudiendis et docendis operam²¹ navabant.²¹ Post abolitionem²² Jesuitarum eis traditae sunt scholae Latinae in oppidis Pápa et Sátoraljaújhely, mox gymnasia literarum in oppidis Szatmár, Szakolca, Késmárk, Székesfehérvár et ad tempus Sárospatak. Anno 1786. Josephus II. ordinem S. Pauli abolevit. Tum in 31 claustris provinciae Hungaricae ad 380 monachi vixerunt. Bona eorum publicata²³ sunt. Anno 1802. ceteri ordines aboliti (Praemonstratenses, Cistercienses, Benedictini) restituti sunt, sed Paulini non, quamquam non tantum de rebus ecclesiasticis²⁴ maxime meruerunt, sed etiam artes liberales exercebant et praeter celeberrimos viros ecclesiasticos plurimi exstiterunt etiam excellentes architecti,²⁵ pictores, sculptores, musici et doctissimi poetae, ut Paulus Ányos, Franciscus Verseghy, Benedictus Virág et alii.

Tandem Julius de comitibus Zichy, archiepiscopus Colocensis²⁶ nuperrime Budapestini Paulinis locum et sedem paravit. In latere Montis Sancti Gerardi orientali adversus pontem Francisci Josephi est novum monasterium erectum, unde ad Danubium eiusque pontes et adiacentia Urbis aedicia et vias late amoenissimus prospectus patet. Prospectus vespere luminibus accensis magnificentem praebet spectaculum, cuius memoriam, si semel videris, nulla unquam oblivio delebit. Ab claustro via subterranea fert ad templum, quod est ingens

antrum²⁷ excisum in arduo saxo meridionali montis. Templum miro opere factum luminibus electricis illuminatur. Novissime Generalis Poloniae nomine Pius Przezdziecki claustrum visitavit.

Gratia divina, memoria maiorum atque Genius Hungariae efficiant, ut ordo restitutus a primis his initii iterum ad veterem gloriam assurgens floreat et crescat!

¹⁶ tartományfőnök = Provinzial ¹⁷ papnevelő = Priesterseminar ¹⁸ lelkipásztorkodás = Priesteramt
¹⁹ másol = Kopieren ²⁰ munakör = Wirkungskreis
²¹ buzgón fáradozik = eifrig betreiben ²² eltörlés = Abschaffen ²³ elkozó = einziehen ²⁴ egyházi = kirchlich ²⁵ építész = Baumeister ²⁶ Kalocsai = von Kalocsa
²⁷ barlang = Höhle

Salse dicta.

Apelles Alexandrum Magnum equo insidentem pinxerat. Sed cum rex tabulam minus admiraretur, quam artifex speraverat, Apelles equum Alexandri Magni adduxit. Is tabulae statim adhinniebat,¹ quasi equum vivum viseret. Tum artifex: «Nonne hic equus, inquit, rectius de arte pingendi indicat, quam tu?»

Napoleon, imperator Gallicus, dixit: «Caput sine memoria tale est, qualis arx sine milibus».

Aristoteles post epulas² magnas sic reprehendit Alexandrum Magnum, qui multum vini potavit: «Primum poculum vini, quod potavisti, fuit sanitas, secundum hilaritas, tertium maeror, quartum dedecus».

V. Kósa
dfsc. gymn. r. Keszthelyensis.

¹ rányerit = anwiehern ² lakoma = Schmaus.

Ioannes Kisparti praeses noster summo honore ornatus.

Inter cultores fautoresque latinitatis Hungaricos perpaucos invenias tam ardentes¹ et industriosos, quam cuius imago hic ante oculos ponitur.

Iam 25 annos natus, cum vix magister e Scholis Piis fieret, dictum «Nulla dies sine linea» secutus est librosque Latinos multis in gymnasiis diu usitatos scripsit. Post bellum

¹ lelkes = eifrig

gentium vice praeses Societatis Magistrorum Nationalis creatus praecipue in mente² nationali et Christiana affirmanda operam consumpsit. Ann. 1924—1932 bibliothecam scriptorum Latinorum et Graecorum officinae³ typographicae⁴ Universitatis redactor sub prelum⁴ misit. Dissertationes permultas haud enumere possis. Opus grande, quod nuperrime compositus, problemata educationis domesticae tractat. Decem annos director gymnasio de Scholarum Piarum praeerat, totidem annos methodica linguae Latinae in Instituto⁵ Professoribus⁵ Erudiendis,⁵ nec non in cursibus aestivis disseruit. Etiam Senatu⁶ litterario⁶ publico⁶ sodalis ascitus⁷ de ratione⁸ docendi⁸ componenda, atque praeses electus Societatis Magistrorum Intermedischolarium Catholiconrum de sustentandā ephemerede nostra aliisque rebus multis optime meruit. Qua de causa primum rector superior honoris causa, nunc autem cum Georgio Kaufmann emerito otium⁹ permitteretur,⁹ a Gubernatore regius provincialis studiorum director districtus Szegediensis factus est.

Reverendissimo ac illustrissimo domino Ioanni Kisparti igitur, qui hisce diebus quinquagesimum aetatis laboriosae annum explet, duplex gratulatio debetur. Ex imo pectore optimus, ut hunc diem natalem et plurimos alios in honore novo amplissimoque agat quam felicissimos istudque munus cum praesidi nostro laudi, tum etiam instructioni publicae sit saluti!

² világnézet = Weltanschauung ³ nyomda Drukerei ⁴ sajtó = Druck ⁵ tanárképzőintézet = Mittelschullehrerbildungsanstalt ⁶ közoktatási tanács = Landesunterrichtssenat ⁷ kinevez = ernennen ⁸ tanterv = Lehrplan ⁹ nyugdíjaz = in den Ruhestand versetzen



De vita Clementis Mikes.

In certamine studiorum discipulis abiturientibus ab rectore *Eugenio Pintér* die 27. Maii institutorum certatoribus propositum est, ut sine vocabulario 1. textus Latinus Hungarice, 2. textus Hungaricus Latine redderetur, 3. compositio libera de vita Clementis Mikes scriberetur. Quorum thematum hoc ultimum, quod difficillimum fuisse ex se intelligitur, *Dionysius Hernády*, discipulus *Caroli Dragoss* e Scholis Piis (Budapest), elaboravit optime.

Clemens Mikes anno 1690. in vico parvo Transsilvaniae dicto Zágón natus est. Adolescens pervenit ad gloriosissimum principem, Franciscum Rákóczi II. eiusque famulus factus est. Mikes, cum liberator Hungariae maximus nolens se regi subiicere, pacem ac amplissimos honores sibi oblatos repudiasset, principi a plurimis amicis deserto familiaris fidusque manebat. Dominum in Poloniam, Galliam, dein etiam in Turcos secutus est, quamquam gravissimas sibi aerumnas¹ preferendas praedit.

In Turcia scribebat «Epistolas», quae etiam nostris temporibus in litteratura Hungarica maximi aestimantur. Francisco Rákóczi mortuo (a. 1735.) se non posse impediri putavit, quominus in dulcem patriam rediret. Réverā non multum aberat, quin via redditū ei pateret. Sed res tamen longe aliter evenit. Regina Hungariae, Maria




¹ viszontagság = Drangsa

Theresia veniam redeundi ei non dedit, itaque etiam in posterum in oppidulo Rodosto vixit.

Gratiā Dei confisus paulatim discebat sortem iniquam aequo animo ferre. Annis prae-tereuntibus mox ipse solus e sociis principis supererat. Anno 1761. pestilentia in illa regione furebat. Etiam Mikes morbo horrifico affectus est et brevi post, 70 fere annos natus vitā excessit. Sed nomen eius adhuc vivit vivetque semper in labiis² omnium Hungarorum.

² ajak = Lippe

Dion. Hernády.



De avibus radiophonice depulsis.

Cum aves vēr¹ segetibus haud parvo sint detimento, agricolae in agris collocant formidines,² quibus, quo magis volucres³ deterreantur, etiam vestimenta trita,⁴ interdum barbā longā quoque additā, imponunt. Verum aves etiam sic difficulter depelli possunt, quare unus ex agricolis, qui Civitatum Foederatarum est civis, miro quodam invento⁵ aves deterendas curavit, nihil aliud agens, nisi quod e tabulis ligneis⁶ felis construxit formas, quas modo albo, modo nigro colore illinebat. Ex quo⁷ agri novis his formidinibus servantur, aves grana ibi colligere recusant.

Sed et alias agricultura, novo invento inflammatus⁸ alteram formidinem, quae aves radiophonice depelleret, construxit. Hi apparatus de arborum ramis dependentes nunc musicam, nunc verba⁹ tractant promiscue, quae etiam libello¹⁰ indicantur. Quis sciat, utrum prae-lectorum verba, an solus effecerit strepitus,¹¹ ut volucres agros hoc more servatos fugiant, agricultis tamen, ne aves post strepitui assuefactae¹² reddituri sint, timentibus. *Guil. Boros.*

¹ tavasszal = im Frühling ² madáriesztő = Vogelscheuche ³ madár = Vögel ⁴ ócska = abgetragen ⁵ talál-mány = Erfundung ⁶ deszkalap = Holzbrett ⁷ mióta = seitdem ⁸ fellelkesülve = begeistert ⁹ előadás = Vortrag ¹⁰ műsor = Programm ¹¹ láarma = Getös ¹² hozzászokva = sich gewöhnen.

O beata Mater.

Ex antiquo hymno Hungarico ad beatam virginem Mariam Latine composuit *Josephus Irsik.*

O beata Mater, avita¹ Patrona,
Tibi Stephanus rex regnum cum corona
Dedicavit; ad Te Ladislaus Sanctus
Nos instruxit laudes tollere et planctus:²

Ah Hungariae, tristis patriae,
Nimis afflictorum,³ valde miserorum
Oblivisci noli nostri Hungarorum!

O beata Mater, avita Patrona,
Tu misericors in preces nostras prona,⁴
Tantis in aerumnis⁵ ad Te suclamat os:
In contritione⁶ gravi adiuva nos!

Ah Hungariae, tristis patriae,
Nimis afflictorum, valde miserorum
Oblivisci noli nostri Hungarorum!

O beata Mater, avita Patrona,
Impetra⁷ de coelis iusta Dei dona;
Impetra, rogamus, pacis verae statum,
Patriam integrum, populum beatum!

Ah Hungariae, tristis patriae,
Nimis afflictorum, valde miserorum
Oblivisci noli nostri Hungarorum!

¹ ösrégi = uralt ² siralom = Wehklagen ³ sujtott = niedergeschlagen ⁴ hajló = geneigt ⁵ viszontagság = Drangsal ⁶ nyomorúság = Elend ⁷ kieszközöl = durchsetzen



Austriaci renovantes memoriam Iosephi Haydn auctoris musici ducentis ante annis nati elogio¹ domum natalem in oppidulo Rohrau ornaverunt. Oratio festiva a cardinali Innitzer, archiepiscopo Vindobonensi habita est.

Batavi propter expansionem Iaponicam colonias suas contra impetum novis pluribusque tormentis² bellicis,² navibus aeratis³ et submarine item aero-planis instruere decreverunt.

¹ emléktábla = Gedenktafel ² ágyú = Kanone
³ páncélos (hadi) = Panzer- (kriegs)

Belgae iterum magno luctu afflicti sunt.
Anno superiore *Albertus* rex montem prae-
ruptum ascendens decidit et mortuus est. Nunc
autem automobili, cum ab Leopoldo rege
dirigeretur, inopinatae viā publicā in lacum
Quattuor Oppidorum Silvestrium (in Helvetia)
devoluto *Astrida* regina tam vehementer in
arborem obstantem excussa est,³ ut statim
exspiraret. Dolore Belgarum etiam nos Hungari
commovemur.

E Germania quoque casus adversi Berolino
nuntiantur. Alter quamquam damnosus tamen
levior: in expositione radiophonica tres porti-
cus incendio absumptae sunt; alter multo
gravior: prope portam Brandenburgensem
parietes viae ferratae subterraneae, quae nunc
aedificatur, pro molli arenā non satis firme
fulti,⁴ tam late corruerunt, ut 14 operariorum⁵
ne viribus quidem subfossorum,⁶ vigilum⁶
et metallicorum⁷ salvari possent.

Nec non in Italia aqua Orbicellae lacūs
imbribus aucta aggere stagnatorii⁷ perrupto
duos pagos, Ovadam et Molarem tam subito
inundavit, ut plerosque incolarum aut domūs
superincidentes obruerent, aut fera diluvies⁸
submersos⁹ corriperet. Sed aliud periculum
multo maius Italiae imminet: bellum Aethio-
picum. Utinam Italia sine bello provinciam
accipiat, in quā multitudinem civium super-
vacaneam¹⁰ collocare possit!

Francogalli tria saecula Academiae iussu
Aloisii XIII. a Cardinali de Richelieu conditae,
item centenarium *Victoris Hugo* poëtae celebra-
verunt. Quae his tribus saeculis sortes fuerint
Academiae, hic enarrandi locus esse non po-
test. De poëta autem proxime dicturi sumus.

In Hungaria lugetur obitus Francisci e nobilibus Vecsey, clarissimi fidicinis (= violinistae) et Aloisii Wolkenberg, professoris universitatis illustrissimi, praesidis Societatis Amicorum Litterarum¹² Humanarum¹² Hungaricae.

In Polonia exploratores¹² nostri hospitaliter accepti haud mediocreiter vitā castrensi fruebantur.

In Bulgaria monumentum pugnae infelicis Varnensis positum est, ubi Vladislaus IV., rex Hungarorum Polonorumque a copiis Turcarum decemplicibus circumventus et necatus est.

In Britannia caterva rusticorum rusticarumque Hungaricorum «Linea¹² margaritarum»¹² dicta declamationibus, canticis et choreis¹³ spectatoribus ubique valde placuerunt, maxime autem vestitus popularis vivis coloribus laudabatur.

³ röpít = schleudern ⁴ megtámaszt = stützen ⁵ mun-kás = Arbeiter ⁶ árkász (utász) = Pioneer ⁶ tűzoltó = Feuerwehr ⁷ bányász = Bergmann ⁷ duzzasztó = Stau-werk ⁸ áradat = Überschwemmung ⁹ befallad = errin-ken ¹⁰ felesleges = überflüssig ¹¹ klasszikus műveltség = klassische Bildung ¹² cserkész = Pfadfinder ¹² Gyöngyös bokréta = Perlenstrausz ¹³ kartánc = Chortanz



Americani lugent *Guilelmum Post*, celeberrimum illum aéronautam, qui a. 1933. mundum 7 diebus, 18 horis et 48 minutis circumvolavit, quin etiam maximam celeritatem horae (547 chilometra) assecutus est. G. Post antea operam¹ suam aéronauticam possessori cuidam fontium olei divitissimo locabat¹ et cum aliquando novus puteus foraretur,² altero oculo captus est. Quare ab illo in experimentis mundum circumvolandi pecunia compensatus est. Nunc venandi et photographias faciendi causā in Sibiriam profectus defectu motoris in Alasca decidit et mortuus est.

¹ szolgálatában áll = im Dienste stehen ² fúr =
bohren


Ducentenarium gymnasii Helveticae confessionis Kunszentmiklósiensis

de episcopo *Alexander Baksay* nominati
ante diem XVI. Kal. Jul. viris illustrissimis
praesentibus celebratum est. Gymnasium enim
anno MDCCXXXV. sacerdote (mox episcopo)
Michaele Szönyi Virág adhortante¹ ex libe-
ralitate² civium conditum est. Schola Latina
modo 4, modo 6 classum erat; tandem ab
anno MCMXIII. in gymnasium 8 classum

¹ buzdítására = der Ermunterung zufolge ² bőkezűség = Freigebigkeit

amplificata est, de qua re, sicut de alumneo condendo episcopus ille maximus, studiorum humanorum cultor ingeniosus, artifex amabilis linguae Hungaricae: *Alexander Baksay* et director impigerimus: *Paulus Apostol* optime meruerunt.³ Aedificium novum gymnasii, quod in imagine nostra spectatur, annis 1929—30. sumptu publico, de quo *Julius Varga*, poëta et homo ille magnanimus iam defunctus⁴, optime meruit, directore *Alexandro*

stituit. Arsenio educatore *Philammonis* suadente Pambo abbas⁵ dimittit iuvenem, qui in lintre remigans celeriter secundo flumine Nili rapitur. In itinere occurrit navi Gothorum, qui monachum ad se tollunt. Cum Gothis sunt aliquot puellae, maxime Graecae, in iis Pelagia, quae monacho videtur simillima. *Philammo* pervenit Alexandriam, ubi tum femina praeclarissima erat Hypatia, Theonis filia, quae Graecam philosophiam et deorum opinionem⁶ paganis⁷ adolescentibus tradebat. Orestes, praefectus Aegypti, amore Hypatiae captus, saepe eam visit. Aliquando cum Orestes domo Hypatiae egressus esset, vidit Raphaëlem Aben-Ezram. Iu-



Vöröss et sacerdote *Thomā Varga* paratum est, qui etiam in internatu condendo⁵ multum laborabant. Lux studiorum humanorum ex liberalitate civium accensa et alta⁶ ad multos annos splendeat!

D. Kövendi.

* nagy érdemeket szereztek = sich verdient machen
* elhúnyt = der selige * alapítása ügyében = um die Gründung * tápláltatott = ernährt

=====

Hypatia. (8.)

Scripsit *Carolus Kingsley*, Hungarice reddidit *Arpadus Zigány*. Excerpsit atque in Latinum convertit: *Valentinus Fehér*.

Argumentum partis iam publicatae.

Initio saeculi V. p. Chr. n. in quadam monasterio¹ Aegyptiaco erat monachus adolescens, nomine *Philammo*, qui vitae solitariae pertaesus² Alexandriam ad *Cyrillum* episcopum proficiisci ibique in foro versari et contra scelera pugnare con-

daeum adolescentem, quocum una donum rediit Ibi Raphaël narravit Heraclianum, praefectum Africae cupiditate imperii capiendo adductum seditionem movisse. Hoc nuntio gaudebat Orestes, utpote qui dominus Aegypti fieri vellet. Postea Orestes in matrimonium petit Hypatiam, quae postquam diu rem secum versavit, auctore patre assensa est.

Interea *Philammo* duce ianitore Hypatiae visit *Cyrillum*, qui variis eum negotiis onerat. Eadem nocte Iudeai turbas faciunt, sed concursu monachorum et plebis Christianae diffugiunt; in tumultu *Philammo* servat vitam cuiusdam mulieris Christianae, quam postea uxorem ianitoris Hypatiae esse cognovit. Tum *Cyrillus* decretiv altero die Iudeaos omnes urbe expellere. Postridie mane Raphaël iam experrectus erat, cum advenit Maria, Iudea anus, benefica,³ fautrix Raphaëlis et nuntiat Iudeaos a plebe vexari ac pelli e domibus.

¹ kolostor = Kloster ² megúnya = überdrüssig
³ apát = Abt ⁴ vikiben való hit = Glaube an ⁵ pogány = der Heide ⁶ varázsló = Zauberin

Raphael ad fenestram accurrens in viam despicit. Infra plebecula tumultuabatur, fluctuabat. Iudaei miseri catervatim¹⁸ fugiebant; feminae puerique flebant, eiulitabant,¹⁹ exsecrebantur, viri truces inviti cedebant: multo superbiores erant, quam ut flerent, multo cautiores, quam ut resisterent.

— Fuge hinc, mater — ait Raphael. — Dum vulgus advenerit, iter praecipere²⁰ poteris. Iam ego hic eos expectabo et spectabo Exodum²¹, alteram Iudeorum secessionem ex Aegypto.

— Quid vis hic? — clamat Maria vehementer arrepto brachio Raphaели. — Quin²² fugis?

— Quin fugis? — quaerit Raphael aequo animo.

— Iter meum est tutum — respondet Maria. — Linter mea in canale²³ est in extremo tuo horto; ego hic Alexandriae remanebo. Ornamenta atque opes meas omnes obrui;²⁴ tu quoque serva, quae potes et veni mecum.

— Minime tecum; in longas ignotasque terras ibo. Iam taedet me divitiarum. Mendicus²⁵ fieri volo. Abibo in Italiam cum exercitu Heracliani. Et tu ubi eris?

— Hic Alexandriae. Eudaemo tecto me recipiet,²⁶ ianitor illius paganae virginis.

— Optime. Aufer igitur meas opes et fessina.

— Adsuntne omnes? Estne inter eas amuletum²⁷ illud nigrum ex achate?²⁸

— Unde scis me habuisse tale amuletum? — quaerit Raphael pallidus et obstupefactus.

— Unde scio? Cur dicis te habuisse? An iam non habes? Ah scio; certe donasti illud paganae virgini.

— Age, si novisti omnia, confiteor te rem acu tetigisse.²⁹ Sed quid te adeo contingit³⁰ illud amuletum? Dimidiam enim partem eius habui.

— Ah dimidiam! Nam altera pars... altera pars... Ergo illi donasti? At id ab ea recuperabo, etiamsi cor eius mihi carpendum erit. Ah, te paganam exseceratam, meo amuleto non enitebis!³¹

— Tuo amuleto? — stupet Raphael. — Quomodo tuum est?

— Ignosce, mihi, o mi fili — ait repente Maria. — Nescio, quid loquar. Sed vide, hoc magnum infortunium...³²

Singultare³³ coepit et postquam manibus tremulis vultum viri mulxit, cista³⁴ Raphaelis sublatā e cubiculo exiit.

— Gratia Deo, quod abiit — suspirat Raphael animo relevato.³⁵ — Homines autem appropinquant. Agedum, Hector, nos quoque longum iter ingrediamur. Experiamur fortunam Diogenis. Is quoque habuit canem, igitur ego quoque habeo. Lente per gradus descendit et postquam in vestibulo constitit, vulgus, quod tum ipsum ianuam refregerat, sic allocutus est:

— Saluto vos, amici bene meriti! Venite confidenter, cella plena est optimi vini, culina,³⁶ apotheca³⁷ suavium ciborum. At in primis quis vestrum vult vestes mutare mecum? Pro sanctis pannis³⁸ laetus dabo hoc sericum³⁹ pallium.

— Ego muto tecum vestem, Iudeae canis! — rudit⁴⁰ quidam e vulgo pannis indutus.

— Ego vero semper debitor tuus ero, vir generose — respondet Raphael. — Veni mecum in conclave vicinum. Vos autem facite vestrum opus.

Dum efferata⁴¹ plebs omnia frangit, contundit, destruit, Raphael animo tranquillo pretiosam exuit tunicam, pro qua pannosam tunicam pertusumque⁴² petasum⁴³ accepit.

Ad numerum proximum.

¹⁸ csoportosan = haufenweise ¹⁹ ja jaggat = wehklagen
²⁰ egérutat vesz = sich davonmachen ²¹ kivonulás = Auswanderung ²² miért nem? = warum nicht? ²³ csatorna = Kanal ²⁴ elás = verscharren ²⁵ koldus = Bettler
²⁶ szállást ad = aufnehmen ²⁷ talizmán ²⁸ agát = Achat
²⁹ eltálal = den Nagel auf den Kopf treffen ³⁰ érdekel = nahe berühren ³¹ ékeskedik = sich aufdönnern ³² szerecséltenség = Unglück ³³ zokog = schluchzen ³⁴ láda = Kiste ³⁵ megkönnyebbült = erleichtert ³⁶ konyha = Küche ³⁷ kamra = Speisekammer ³⁸ rongy = Lappen
³⁹ selyem = Seiden ⁴⁰ ordít = brüllen ⁴¹ nekivadult = zügellos ⁴² lyukas = durchlöchert ⁴³ kalap = Hut.

Libri dono accepti.

P. Steph. Kozák y Sch. P.: Tres missae Hungaricae. Ad 3 voces aequales. Editio «Magyar Kórus» Budapest, 1934. — Auctor operis per has melodias primarias suum originalem Hungaricam cantandi modum ad stilum ecclesiasticum excolere intendit.

Aur. Espinosa Polit, S. J.: 1. El bimilenario de Horacio. Quito, Editorial Ecuatoriana, 1935. (Auctor etiam nostri bimilenarii Horatiani mentionem facit). — 2. La medalla «Honorato Vazquez» y el

libro «Virgilio, el poeta y su mission providencial». Manojo de recuerdos y juicios criticos. (Ibidem.) 1935.

Ios. Kiss e Sch. P. et Z. Nemes: Lexicon abbreviationum stenographicarum Hungaricarum. Budapest, 1935. Ed. Societas S. Stephaniana. — Haec collectio 3000 fere abbreviations continens stenographis commendatur.

Archivum Philologicum. Budapest, 1935. Annus LIX. Fasc. 4—6. — I. Moravcsik: Inscriptiones Graecae Sanctae Coronae Hungaricae. — Alex. Fest: Anglici fontes Anonymi. — Lad. Tóth: Opus Fausti Veranescis ignotum. — Car. Marót: Antiquitas et oriens. — Aur. Förster: Compositio et origo Parvorum Naturalium Aristotelis. — Marg. Techert: Historia neo-platonismi Hellenisticici. — Librorum recensio (Opuscula praeter Hungaricam lingua Gallica, Germanica et Anglicula scripta sunt).

Alma Roma. Romae, 1935. Ann. XXII. Fasc. VII. — V. Genovesi: «Roma caput mundi» (Carmen.) — Aureli: De Francorum academiac originibus. — De ordine inverso vocabulorum. — S. Romani: De fontibus iuris Italici. — Waldschmidt: De chylo et sanguine. — Notitiae radiophonicae vulgatae. — Colloquia Lat. — Annales. — Varia. — Libri. — Anthea (narratio).

Societas Latina. Monachii, 1935. Ann. III. Fasc. 2. — Gratulatio. — M. Dingler: Sententiae in tabulis pictis Georgii Hoefnagel (saec. XVI.). — Aenigmata. — Inscriptiones. Librorum recensio.



Solutiones aenigmatum numeri X.

1. Dominus vobiscum.

2. Castor, amussis, radius, occidens, lotus, urtica, Silvester, Marius, Allobrogis, gladius, Naevius, ultimus, Saguntum; *Carolus Magnus*.

3. Urbem venalem et mature peritram, si emptorem invenierit.

5. Tarquinius Superbus.

5. Puella erat 18 annorum.

Aenigmata recte dissolverunt: Budapestini: Anna Mayer (gymn. Urs.), Tiburtius Szelecsényi (e Scholis Piis), Teresia Benkő (gymn. P. Veres), Ladislaus Wagner (gymn. inst. pr. erud. adi.); Adalbertus Szalkai Gödöllöensis; Victor Kósa Keszthelyensis; Stephanus Magyar Nagykállóensis; Rudolphus Kancz Sabariensis.

Praemium sorte Annae Mayer obvenit.

1.

Pax I Dom S itsem
vo [2 × cum]

Steph. Banó
disc. gymn. r. Dombovariensis.

Budapestini, ex officina consortii Stephanei. — Negotiorum curator: F. Kohl iun.


2. Dissolvendum ad saltum equulei.

Nat	gr	tun	u	ves
da	n	fu	ti	hi
lv	lu	es	ro	nes
da	le	in	ve	hit
pus	os	ve	o	ter

Solutio versus
Ovidii dat.

Franc. Miederer
disc. gym. r. Szolnokiensis.

3.



Series libratae: 1—3 = edas. 9—10 nummus. 14—16 poëta Romanus ante duo milia annorum natus, cuius nomen 4—8, 12, 18, 23, 29—25, 21, 15, 10 dant, amavit. 17—18. coniunctio. 20—21 = et. 30—32 taurus aut vacca.

Series directae: 1 = ex. 2—11 donum nuptiale. 9—20 ubi sacrificium deo offertur. 13—24 fructus, ex quo vinum conficitur. 22—31 = nutrio. 26—30 praepositio.

Franciscus Marossy
disc. IV. cl. gym. r. Univ.



Loco egentes de permultis epistolis aliisque manuscriptis nunc referre non possumus. Cum autem hic fasciculus in primis universitati iubilanti dedicatum sit, rogamus oramusque autores opusculorum praetermissorum, ne ignoscere nobis nolint.

Conclusio II. numeri adornandi Non. Oct. (7. die Oct.).

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)